





Tomus XIII  
Miscellaneorum Philoby.

*[Faint handwritten signature or initials]*

The  
Diff  
Gr  
I  
M  
P  
Ex  
Pe  
C  
S  
A  
E  
C  
E  
D  
I  
Ex  
Te  
Pa  
Ge  
Ex





70.

CHRISTI OPE!

AD

CAPUT V. MATTHÆI  
Exercitatio Philologica.

QUAM

IN ALMA LEUCOREA

A. D. XI. Dec. A. O. R. c15 15c L.

In Auditorio minori Horis Ante-merid. ventilandam

*placide Eruditorum sistunt disquisitioni,*

PRÆSES

M. CAROLUS OXELDORF

OLSNA-SILESIUS,

ET RESPONDENS

JEREMIAS SCHULTZ

FRIDEBERGA-SILES.

---

WITTEBERGÆ

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr.





CHRISTOPH MATTHEI  
FACHSCHRIFT PHIOLOGIA

M. CARROLLS OXONIA

FRANCOIS DE LAURENTIS  
FRANCOIS DE LAURENTIS

---

Typographus Johann Rohmeyer Typogr.





ΕΑΥΤΑΝ ΑΝΤΙΣΤΑΣΙΝ ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΤΟΙΣ  
 ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΓΓΕΛΟΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΝΓΕΛΟΙΣ  
 ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΝΓΕΛΟΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΝΓΕΛΟΙΣ



**Linguarum reconditis, Philologo-**

rumq; Scholis assumi multò plurima, quæ ad utramq;  
 Sacri Codicis paginam accuratius interpretandam faciunt,  
 in propatulo, ipseq; quod ajunt, Solis disco positum est.  
 Opera igitur pretium non lusurum me, sed facturum confido eximium,  
 si ex Novo quoq; Fœdere, cum ex Veteri non ita pridem tentaverim ali-  
 quid; Philologicum quoddam à σὺν ἡμῶν suscepim. Sedit a. animo, eli-  
 gere præ cæteris D. Matthæi quintum caput, quod hoc multum faces-  
 sat laudatis Philologorum Gymnasijs negocij, sitq; pars sermonum Domi-  
 ni, quos nucleum universæ Scripture & medullam, cum Exc. Præce-  
 ptore nostro, Dn. D. Calovio, \* agnosco, credo, pronuncio. Annuat  
 Numen Conatui, Lector faveat, cui quidem non plenam Commentatio-  
 nem quandam, nec enim, quæ fori sunt Theologici, agere nunc & ἐπι-  
 εὐκαταμμένα πηδᾶν propositum nobis est; sed tenues pro modulo pau-  
 peris ingenij notulas polliceor, quas statim, quod portat feliciter! ἀἴσυ  
 παρακλητῆς καὶ ἰσχυροῦς, produco.

I. Primo in limine Comma primum sistere operas has posset  
 & morari. Quodnam m. τὸ ὄρη, εἰς ὃ ἀνέβη; Chromatio (a mons  
 oliveri. At simpliciorum hanc esse sententiam, jam olim Hier. ad  
 b. l. convicit ex eo, quod juxta cum præcedaneis subsequa in Ga-  
 lilæâ habitam orationem istam esse celeberrimam, liquido com-  
 monstrent. Hinc placet alijs, vel Tabor fuisse, vel eum, qui mons  
 Christi Adrichomio dicitur (β non procul à Kapernaum & Bethsaida dis-  
 sitas, ad Galileum mare, qui adhuc ostendet lapidem, Christi cathe-  
 dram, sedesq; Apostolorum, V. Chorographos S. Brochardum, Bre-  
 denbachium & ap. Corn. à Lapide (γ & Barradium (δ Sed quorsum  
 opus, ut sectemur nimis incerta, & minus utilia. Dignius ob-  
 servatu hîc, quod confederit. Idem fecisse legitur Luc. IV, 20.  
 V. 3. Job. IIX, 2. & c. Scilicet consveto tunc Doctorum more, quem  
 & B. Matthæus c. XXII, 2. & Academiæ Rabbiniæ nomen,  
 ישיבה à sedendo sumtum respicit, nec postera abolevit omnē æ-  
 ras. Inde n. hodienu Episcoporum cathedræ & cathedrales Ecclesiæ  
 (e Nem

\* Progr. ma-  
 perâ Dom.  
 XXI p. Trin.  
 PP.

& in hum l

β in tribu  
 Naphtali  
 num. 69.  
 γ Comma. in  
 b. l. p. 116.  
 δ Concord.  
 Evang. T. 2.  
 l. 6. c. 1.





e V. Marlor.  
b. l.

5 Comm. in  
b. l.

2 Harm. Ev.  
p. 128.

7 Har. Bibl. S  
186.

9 Har. Ev.  
c. 51. in princ

d. o. Metam.  
f. b. 8. v. 60

(x homil. 15.  
in Matth.

λ Indice Bibl.  
tit. den mūd  
aufsthum.

(6 Nempe & præ se fert hoc magisterij dignitatem aliquam, & Christo prolixius oranti h. l. commodius eveniebat. Arrigant v. aures ij Pontificiorum, qui sedere Præconem sacrum prohibent, habitentq; secum, ne Magistrum Optimum Maximum deo generes discipuli virgulâ suâ censoriâ impudenter notent. Cæterum cum eadem hæc sit concio, quæ Luca etiam consignata ex parte literis. c. VI. est, hic tamen planitici, non montis meminere, substituisse item, non confedissee Dominum narret, amicam conciliationem instituunt, eandemq; à dissentientis Luca Osiandri b. l. & reliquorum oggestionibus liberant, Hugo Grotius (5 Calixtus, (6 Waltherus (7 & luculentissimè omnium Chemnitius (8 quos, nisi grave est, adire poteris.

II. Ανοίξει τὸ στόμα; de loquente hic dici volunt Alij (1) per Pleonasmum (V. Piscat. in b. l.) qualis in isto genere non insolens, nec Græcis, nec Latinis. Sæpe Virgil sic ore locuta est: sic ora resolvit: & his consimilia. Alij (2) per Ebraismum. V. Marlor. & Corn. à Lap. ll. cc. His damus quidem parilia in V. Instrumento occurrere Jobi III, 1. XXXIII, 2 & c. sed non solo. Secus & Lycophron, Ovidius, alijq; Paganorum Ebraica noscent, dum ap. illum Cassandra fatidica: ἔλυσε χροσμῶν ἀλολον στόμα ap hunc: sua Jupiter ora solvit, & ὁ, nostri si qua est reverentia, dixit. (3) Alij (3) hoc sine, ut indicetur, Christum, qui hætenus Prophetarum aperuisset ora, Ezech. III. 27. & alibi, & suum nunc resolvere. Aug. l. 1. de serm. Dom. in mon. Vide Barrad l. c. p. 405. Alij (4) prolixitatem sequentis innui sermonis, sentiunt, ut Haymo: quem, quomodo refutet, dictum Jesuitam lege. Alij (5) opponi hoc modo tradunt doctrinam Christi quæ ore, & quæ opere ac manu miraculosa fiebat. Theophyl. & Chrysof. (6) Alij (6) παρρησίαν & libertatem loquendi notari produnt, qualem Germani quæq; similiter indigitamus: er that den mund statlich aufnahm kein blat vors mant & c. V. Chemnit. all. l. pericepâ 1. Alij deniq; (7) Scripturæ hanc esse universæ domesticæ phrasin, docent, quoties gravis aliqua, μυστηριώδης & ἀξιωματικῶν ὁρῶν oratio subsequitur, uti Act. IIX 36. X. 34. XI. X, 14. V. Pisc. (λ. Nobis h. l. præ cæteris obtinere hæc ultima videtur.

III. Vox μακάριοι sæpiusculè hoc textu repetita, Pontificiorum somnijs de octo beatitudinibus nihil quicquam faver; sed, uti



bene precantis aliàs aut ominantis: ita *b. l.* felicitatem deprædicantis est. Respondet Ebraeorum  $\Psi\text{N}\eta\ \gamma\text{W}\text{N}$  *Ps. I, 1.* Latino- rum: *eterq; quaterq; beatos; Felices ter & amplius* (*u* & similibus. Germanico: *wohl dem!* *Eustathio* παρατὸ μὴ ἰσοκείσθαι κηρί, de- ducitur, *Aristoteli v. l. 7. Eth. Nicom. c. 11.* paullo commodius ἀπὸ ἑμαλίστου χαίρειν, à gaudiorum ubertate. *V. Scult. Exerc. Ev. l. 2. 13. c.*

IV. Eleganti non minùs quam frequenti metaphorà *versus* δ, tripliciq; eà utitur, quam *Syrus* quoq; & *Latinus Interpp. Lutbe- rus* item noster retinent. Πενᾶν & διψᾶν non defectum tantùm, (sed desiderium rei insuper vehemens dicunt. Atq; id *Matthæus noster* non soli debet *Orienti*, quem quidem ita quoque amare loqui non diffitemur. [*V. Clariss. Fesselius. (ξ)*] Sed & Græcos ita loqui *Scriptores bonos*, adeunti ipsum *Grotius l. all & Pfochenius* (ostendet. *Philo* λιμὸν ἀρετῆς habet. De διψᾶν *Artemidorus*: τὸ μὲν γὰρ διψᾶν εἶδέν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἐπιθυμεῖν. *V. Drus. Miscell. S. Cent. l. c. 53.* Quin & *Latinis* non ignota hæc tralatio. *V. Cic. pro Plan- co & Justin. 1. 8. 13.* Nec τὸ χορταίνειν, quod concinnè præcedenti fami respondet, *Ebraismo* laborat, quod clamant, aut indole verbi  $\eta\gamma\omega\eta$ . ὡσαύτὸ χορταίνειν, gramen, quidem dicitur; sed non de pecoristantùm pastu, verum hominis quoq; vel à Græcissimis, ut cum *Erasmio* loquar, usurpatur. *V. Scapulam. (π*

V. Transeo ad v. 13. Angusti enim quibus circumscribimur, cancelli multa prætervehi jubent. Qualia sunt: vox κληρονομείν, quæ primâ origine suâ per sortem, (p inde per hæreditatem consequi aliquid, (σ deniq; uti latinum, sortiri, in genere quo- cunq; modo nancisci & possidere rem, notat. Sic *Demosth. ἀ- χύντης κληρονομῶ*. Ut immeritò adeo iterum fingant *Ebraïsmum Grotius ad b. l. & reliqui*. Porro discrimen inter εἰρηνικὸς & εἰρη- νοποιὸς. *V. Eund. ib.* Item τὸ κληθήσονται vocabuntur, metalepti- cè pro: erunt, quod ab *Ebraïsmo* intentato ipse *Homerus Il. δ 60. 61.* absolvit. Ad quem locum vide quæ *Eustath.* annotat ap *Bezam. b. l.* Item *Celeb. Glas. Phil. S. l. 3. tr. 3. Can. 16.* Sic de ονειδισμοῖς & talis farinæ pluribus produci plura potuissent. Versus, quem diximus, 13. tacitos transire nos non patitur. "Αλας τῆς γῆς in eo *Apostolos suos sec. Chromat. Hier. Hilar. Calv. Andream Osiand. in b. l. Marlor. Chemnit. Piscat. Barrad, ll. cc. Crellium* quod (τ & *Glas-*

A 3

sium,

*Virg. l. An*  
*98. & Hor. l.*  
*Carm. 3.*

*ut vult*  
*Marl. l. d.*  
*ξ Advers. S.*  
*l. 2. c. 28.*  
*ο Diatr. p. 39.*  
*40.*

*π in voce*  
*χορτος p. m.*  
*1819.*  
*p Plato l. 2*  
*Polit.*  
*σ Isocr. ad*  
*Demon. ab*  
*init.*

*τ Promt. Bi*  
*bl. litt. Saltz.*





*Rhet. S. tr.*  
*1. c. 11. p. 284.*

*Φ Harm. l. c.*  
*peric. 2.*

*χ quorum*  
*tamen hoc,*  
*illi praeferit*  
*Heins. Exerc*  
*S. in N. T. l. 1.*  
*c. 23.*

*Ψ Orig. L. L.*  
*voce morus*  
*p. m. 691.*  
*ω Lex. N. T.*  
*p. 503.*  
*α κεφαλ. ε.*  
*β Diatr. p.*  
*37-38.*

*sum, (o) Servator optimus nuncupat. Ducto sc. Metaphoræ fun-*  
*damento à proprietate salis, quæ duplex: dare insipidis rebus sa-*  
*porem, & conservare à putredine. Subjungit a. Christus: ἰσὺς*  
*δὲ τὸ ἀλάμωρον θῆ, ἐν πινὶ ἀλιότητος; quæ ultima, s. imperso-*  
*naliter cum Lutherò accipias: in quo condimento alio salietur:*  
*s. personaliter per ellipsin τὸ αὐτὸ, quod Marcus, habet, hoc sen-*  
*su: in quo condietur ipsum sc. Sal; sensum utrinq; gignunt ac-*  
*commodum. V. Chemnit. (Φ Quod ad vocem μωρον θῆ, constans*  
*hæc bonæ frugis exemplarium lectio est, quam & agnoverunt*  
*& expresserunt per infatuatus, insipidus fuerit, (χ Interpretum*  
*pleriq;: Erasmus, Phil. Mel. Vatabl. Arias Mont. Tremell. Beza, Pisc.*  
*Luth. per thum werden in eadem metaphorâ, ab homine ad cibum*  
*ductâ, quemadm. vicissim ἀναλ. & insulsus, quod Marc. in parall.*  
*loco. c. IX, 50. habet, à cibo ad hominem transfertur. Ad sunt*  
*v. eadem translatione usi Auctores alij Græci juxtim ac Latini. Di-*  
*osc. l. 4: εἶσαι γευσόμενα μωρα. Martial. Epigr. 13. 13. ut sapiant fa-*  
*tue fabrorum prandia betæ. V. de fatuitate ciborum Perottum. Cornu-*  
*Cop. p. 39. Taubm. Plaur. p. 333. Martini Lex. Phil. p. 796. Mirum*  
*igitur, quod Henr. Steph. Vir aliâs Spectatæ Eruditionis, μωρον θῆ*  
*scripsisse potius, quam μωρον θῆ Historiographum Cœlestem.*  
*sentiât, omnem præter Codicum fidem. Scilicet sola, quæ: eva-*  
*nuerit, habet, Latina Vulgata (quam hoc ipso nomine jam dudum*  
*Valla in b. l. obelisco notavit & ungue. Ego dixerim, desipuerit, ait:*  
*nam evanescere est in modum fumi deficientem consumi & in nihilum*  
*reverti.) tantæ auctoritatis non est, ut ad eam corrigere fontes*  
*præsumat. Sanè exorbitavit ea infinities, quod hodiè juris est*  
*prorsus explorati. V. Becman (Ψ qui de istis plura, item Pasorens*  
*(ω & elaboratissimam de Sale disp. Israël. Clauderi, Jenæ hoc anno ha-*  
*bitam Celebratiss. Job. Christfr. Sagittario Hist. PP. moderante, (α ubi*  
*& de pacto salis invenies aliqua. Pronunciat v. de sale hoc insi-*  
*pido Divinus Orator: ἰσὺς ἰσὺς ἐστὶ, εἰ μὴ βληθῆναι ἐξω. (Anti-*  
*quitate more, quæ res in pejus mutant, ut purgamenta, καθάρ-*  
*ματα cum execratione in trivium projectabat) καὶ καταπατεῖσθαι*  
*ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Ab hominibus, pleriq; A quibusvis, ali-*  
*quibus, Alij; qui denuò exsculpere Ebraismum satagunt. Quos,*  
*ne actum agamus, ad resellendam id satis Pfoebennium (β remitti-*  
*mus.*



mus. Caterum Proverbiū vulgi tunc exstitisse: *aufer salem & pro-*  
*ijice canibus*, Φιλολογώτα & Drus. (γ commemorat. *Incomparabilis* γ l. 2. Prov. *Class. 2.*  
ille Buxtorfius plenius restituit ex Codice Nidda h. m. *אָפּ אַלע פֿאַר אַ קאַנען*

*אָפּ אַלע פֿאַר אַ קאַנען* *Aufer salem & projice Carnem Canibus.*  
In mente hoc habuisse Dominum h. l. volunt aliqui. nobis, cum  
*πολυμαθεσίτω* Dn. Ostermanno, (δ Praeceptore & Patrono nostro hono-  
*ratissimo*, cui accepta isthac ferimus, secus videtur.

VI. *Lux mundi* אֱלֹהֵי הַיָּמִים audire a vo illo Pharisaei gesti-  
ebant. Tribuebatur m. hoc nominis non sanctuario soli, aut  
capiti Academiae s. Scholae; sed Magistris praestantissimis, immo  
sapienibus quibusvis, uti Philologorum decus, Drusius probat  
*Prat. l. 1 p. 9:* ubi addit veriverbium quoddam Talmudicum: *multi*  
*sunt tenebrae mundi, qui tamen vocantur lux mundi.* Scilicet & illa  
tempestate valebat hoc, qua detractum a Pharisaeis immerenti-  
bus Magister summus Discipulis suis asserit & vindicat id enco-  
mium, quo & ipse aliàs gaudet in sacris litteris: qua diversitate, *e l. d. p. 740.*  
distinctim expedit Walther. (ε Sed ad v. 18.

VII. Quatuor ex isto notabimus. *Ἰ ἀμὴν λέγω ὑμῖν.* Juran-  
tis formula est. *Conf. Esa. LXV, 16. Ebr. VI, 14.* Conspirant Theo-  
logorum in eo plerorumq; suffragia V. *Hier. in c. V. ad Gal. & Esa.*  
*25. Orig. in 26. Matth. Chrysof. homi. 10. in Marc. Chemnit. L. Theol.*  
*par. 2. L. de lege p. 49. Marlor. l. c. Balduin. Cas. Consc. l. 2. c. 9. q. 1.*  
*Gerb. T. 3. L. de Lege §. 116. Schlüsself. Catal. Heret. l. 12 p. 620. & alijs*  
*complures.* Pauci, qui dissentiunt, *Esor*, (ε Scultetus (ε Dilherr. (η  
& c. Sanctam tamen esse attestationem ultrò largiuntur. Ex se  
& ab origine sua, quam agnoscit Ebraicam, (V. *Pasor. l. c. & Buxt.*  
*Lex. Ebr. in JDN p. m. 35. ἀληθῶς* notat: redduntq; ita *Suidas & i-*  
*pse Luc. XII, 44. Aquila, πεπιστωμένως: νοί,* *Matthaeus XXIII, 36. Luc.*  
*XI, 51. Paulus 2. Cor. I, 20. γένοιτο* etiam ap. *LXX, Senes. V. Phavorin.*  
*βεβαίως Theophyl.* verè & fideliter, *Hier. passim: Luth. warlich.* Sci-  
licet pro varietate locorum variat. Si sint ἀποφαντικοὶ λόγοι, δ Comm.  
quibus additur, certè, verè, & simile quid designat. Sin ἐυκτικοὶ, *priore ad*  
quandoq; γένοιτο Fiat! valet. V. *Grotium τρισμύχισον l. c. Confir-* *voc. N.T. Ebr.*  
mat in V. *Fœdere plerumq; dicta, in N. etiam dicenda.* Inter- *p. 18.*  
pretationes vocis Cabbalisticas, Talmudicas item nugas de Amen *Miscell. l. 1.*  
pupillo, surreptitio & sectili & c. si sitis, *Drusium (δ adi, itemq; Ca-* *c. 2. p. 24. sqq.*  
*ninium ad b. l. & Fullertum (ε qui multa de hac voce.*

IIIX. Per-





κλ. 30. Carm.  
od. 3.  
λ Phil. S. 1. 3.  
tr. 5. Can 12.

μ disp. prio.  
de Confus.  
lingv.  
v Gramm.  
Harm, c. 1. p.  
p. 8.  
ξ in desc. Bi-  
blioth. Vatic.  
p. 82. ap.  
Dilh. l. c.  
o in libb de  
Arc. Cath.  
Ver.  
π T. 1. Exeg.  
L. 2. c. 3. S.  
23.

IIIX. Pergimus ad II. εως αὐ παρέλθῃ ὁ ἕρπης καὶ ἡ γῆ Formula est παρρημιώδης, æternam durationem describens: qualis illa Ebræorum: כִּי בְרִי עַד donec luna non erit. Pla. LXXII, 7. Latinorum: dum cælum ruat. Aptè huc & Horatianum illud: (κ) si f. aëus illabatur orbis, accommodat Chemnit. Harm l. c. De sensu & usu hoc particularum εως donec &c. pluribus vide mihi *Glassum*. (λ) Cæterum ex verbo παρέρχεται nobilem illam de interitu mundi controversiam, sitne secundum substantiam, an accidentia tantum transiturus, define, hujus loci & nostrum non est, sed cathedræ sublimioris. V. igitur *Himmclium Synt. disp. 31. S. 46.* & unum instar omnium *Gerh. T. 9. L. de consumm. sec. S. 37 & seqq.*

IX. Sequitur III. ἰσὶ τα εἶν. Minimam è literis nominare Salvatorem, parœmiali iterum dicitur, & textus σὺν ἀφεία monstrat, nec quispiam Interpretum est, qui renuat aut dissimulet. Agedum igitur, cum minimam νόμος literam jota vocet cœlestis Sapiencia, expedito mihi, num ignoraverit, νόμον Samaritanis characteribus scriptum fuisse, in quibus Judh non minimus, sed è maximorum est numero. Pingitur enim (Sequimur nos elementorum Sam. delineationem eam, quam *Viri Clarissimi, Christoph. Crinesius (μ & Job. Ern. Gerh. (v Magni Parentis magnus ille Filius, Amicus noster singularis, exhibent. Non ignari, Angelum Rocha à Camerino (ξ aliter, nempe instar latini N. majoris, cum mediâ quâdam sursum vergente lineolâ Judh illud formare.) instar trium Latt. s. longiorum, lineolâ quadam in capite connexorum. Et tulit præ se olim duplex tale Judh Samaritanum, ipsa Bibliorum Græcorum prima frons, (Denotabatur a. eo nomen DEI παραγγελία, quod & Chaldæi, Rabbinique; h. m. ܡܝܘܢ vel ἵστο, &c. V. Galatin (o & potiss. Gerh. (π boni ominis gratiâ frontispicijs scriptorum suorum præfigebant) quod ignorantiores multi per ππ PiPi, similitudine aliqua decepti, ridiculè pronuntiârunt. Quanquam sint alij, qui illud PiPi ex Ebraicis literis כִּי in scitiam effigisse tradant, V. *Glassius Orat. subjctâ. l. 2. Phil. S. & Sagittar. Disp. de Patrum in ijs quæ fidei non sunt, autori. c. 1. th. 4.* Sed hæc ὡς ἐν παραγγελίᾳ. Ut redeam è diverticulo in viam, non videtur versus nosmittere sententiam eam, quæ multorum est & magnorum*

aliàs





aliàs virorū, Hieronymi, Scal. Bellarm. Waseri, Wtakeri, Schindl. Druf. &c, facta à nobis paulò ante, characteres sc. Ebræis olim Samaritanos fuisse. Pugnāt ij inter alia partim Hieronymi, prol. gal. auctoritate, partim & in primis numismatum quorundam inscriptionibus. Illa objectio facilius refellitur V. Gerb. (q̄ difficultus hæc extricatur. Sunt v. numi isti, qui producuntur sicuti Ebræorum, qui depicti à varijs Scriptoribus, Aug. (σ Villalpando, & Job. Morino, (σ Waseri) (σ Waserianæ quatuor figuræ alterâ facie unulam mannae, figurâ calicis exhibent, alterâ tres sterculos, qui representare florentem Aaronis virgam perhibentur. Inscriptio omnium characteres habet Samaritanos, quibus Ebræorum hi respondent, altero sc. latere constanter,  $\text{ירושלים הקדש}$  Jerusalem Sancta altero  $\text{הקדש ירושלים}$  Siclus Israël, nisi quod additum in minoribus numis sit: *semisis*, aut *triens* aut *quadrans suli Israël*. Verum quæ excipi & ad has monetas possint, V. ap. Crines. Dillherr. Gerb. ll. cc. Certè si monetis probatio præstanda hîc est, nec nobis pro Lutheri & nostrâ sententiâ deficiet. In Antiquitatibus enim scrinijs asservantur sicuti quoq̄, his ipsis quæ hodiè vocantur, Ebraicis elementis insigniti, eodem inscriptionis sensu. Sed icuncula impressæ paululum variant. Facies enim horum altera turibulum, itidem calici assimile, cum ascendente fumo, altera palmam aut palmæ ramum, vel etiam virgam Aaronis (videatur enim ei similior, quàm tres illi in Waseriano Schemate flores) exhibet. Delineationem ejus præstat Tibi Seldenus. (χ Mihi  $\alpha\pi\chi\epsilon\tau\omega\tau\omega\upsilon$  hujus generis argenteum usu & vetustate satis attritum, pronuper videre datum est indulgentiâ summi cujusdam in hac Academiâ Viri, Patroni mei magni, unaq̄; cum illo aliud, cujus latus alterum turritam infra arcem sic legit:  $\text{ירושלים הקדש}$  alterum sola hæc habet verba:  $\text{דוד המלך ובנו}$  David. Rex. & Filius ejus Salomo Rex. Cujus moneta & Dillherrus meminit l.c. Novi in inclutâ Vratislaviâ meâ penes Patronos quosdam gemina Antiquitatis monetariæ cimelia, quæ postquam lieverit  $\text{הקדש}$  perspicere deinceps, informabunt me sine dubio plenius atq̄; confirmabunt. Nunc hîc abrumpenda hæc est positio,

X. Tandem IV.  $\eta\ \mu\epsilon\tau\alpha\ \nu\epsilon\epsilon\gamma\iota\alpha$ .  $\text{Κεραία à νεγος}$ , Cornu deducta, primis à natalibus suis cornu, corniculum notat. Vox, uti de

B primi

ρ Exeg. T. 1.  
L. 1. S. 116.  
σ dial. 2.  
τ Apparatus  
urbis & tem.  
par. 2. l. 2.  
diff. 4. c. 27  
υ in Pentate  
Sam: Exerc  
2 c. 10.  
φ de ant.  
num, Ebr. l. 2  
c. 3. & seqq.

χ de Jure  
Gent. & Nat  
l. 2. c. 6.



ψ in Ther.  
ω hist. anim.  
IV. 2.  
α Anthropol.  
2. c. 11 p. 746.  
β l. 2. de ve-  
nat.  
γ in Numā  
δ l. c. 3. & 6.  
ε ad Laërt. p.  
59. & 126.  
ς ann. in N.  
τ par. alt. ad  
b. l.

ζ Phil. S. l. 1.  
ν. 1 passim.  
η thes. Gr. l.

primitivum ejus πολύσημο est. Ut dixi (1) cornu notat V. Ni-  
cand. (ψ & Aristot. (ω (2) dein corniculum, ap. Diosc. V. Henr. Steph. in  
Lex. (3) antennam. Plutarch. in pr. ec. Polit. & Polybius. (4) protube-  
rantias binas ad latera fundi uterini humani sitas, κερκίας, cornua,  
vocant Anatomici & Physici. V. Magnum in ijs Nomen, Sperlin-  
gium Nostrum (α (5) extremitates s. eminentes in quacunq; re apices.  
Oppian. (β Sic κερκία γογιμῆς extremitas. linea, Plutarcho. (γ Ve-  
teres Glossa: ἀνεγυ γογιμῶν & summitas. litera. (6) lineolam, quæ u-  
trinq; duabus extremitatibus constat, quam significationem h.  
l. Syrus exprimit voce **ⲓⲓⲟ** quæ lineam, linea mentum no-  
tat, & evolvitur accurate a laudatissimo Norimbergensium An-  
tistite Dilberro (δ Deniq; (7) ap. Hesych. lemniscum hujus figuræ — se-  
cundum Casaub. (ε vel istius — secund. Drusium, (ς designat. Quod  
igitur ad sensum effati præsentis, alij applicant significationem  
sextam h. m. ne<sup>l</sup> litera minima, nec litera pars aliqua s. lineola perio-  
bit: alijs quin tā, isto sensu: neq; apex aliquis literarum, utpote τϚ & τ  
peribit. Conf. Hier. Comm. ad Soph. II. & Jer. VI. & Drus. l. c. Alij  
deniq; eandem quintam, sed sic, ut synecdochicè puncta vocalia  
sub voce κερκίας includant. Pasor. Lex. N. T. voce κερκίας p. m. 408.  
Pisc. ad h. l. Chemnit. Harm. l. c. peric. 3. Gerb. Exeg. T. 1. L. 1. c. 15 § 335.  
Negant v. ista Christi tempore existisse quàm plurimi: Pontifi-  
cios plerosq; & Judæos si taceo, Grotius, Drus. Heins. Scult. ad h.  
l. Voss. l. 1. de arte Gramm. c. 31. Capell. in Arcano punct. rev. quod suum  
ipse fatetur esse scriptum: in spicilegio, quod Cameronis myrothecio ad-  
hæret, p. 9. Ludov. de Dieu, & alij. Quæ Nostratium vicissim sint  
arma V. ap. Glasf. (ζ Buxtoxf. (η Gerb. nunc c. l & Dn. D. Calovium  
in Crit. S. Hic ut istas depugnare velimus pugnas, nec locus nec o-  
pus est.

XI. Quam plurima ea, quæ ad v. 21 & 22 poterant afferri,  
in pauciora contrahenda veniunt. Ἐπὶ τῶν τοῖς ἀρχαίοις, ali-  
quoties legis. De his, verba Tibi afferam Magni Hugonis Comm.  
h. l. τῶν ἀρχαίων alij putant positum, pro τῶν ἀρχαίων, alij pro  
πρὸς τῶν ἀρχαίων: alij ἀρχαίους referunt ad Mosis tempora, alij ad eta-  
tem, quæ Esdræ & Christi tempora intercessit. Ego pro comperto ha-  
beo, dandi casu eos, ad quos facta erant, indicari. Et post pauca:  
Est m. oppositio: dictum est Antiquis: Ego dico Vobis. Ἀρχαίους uno  
verbo Majores hic designare censeo, à quibus fluxerunt prava le-  
gis.



gis interpretaciones. (¶ Sequitur ενοχ & εσαι τη κεισεν, iudicio : sed quonam? Erant Judæis iudicia tria : Minimum כמון רין Ju-  
 dicitium Triumvirale, quod Viris III: Medium משפט דין Domus Ju-  
 dicitij parva, Synedrion minus, quod XXI. Maximum סנהדרין κατε-  
 ξοχμωσ, domus Iudicij magna, Synedrion magnum, quod LXX,  
 communi & rotundo numero, LXXI sec. Maimonidem, & Seldenum  
 (u: LXXII deniq; sec. Grotium l. d. & Fagium (λ constabat. Illi ju-  
 dicabant res pecuniarias, & Iudices pedanei, Triumviri: (à nu-  
 mero sc. quod & in Romanâ Rep. perfrequens, quæ II Viros, III.  
 Viros varios, IV, V, X, Viros &c agnoscebat, ut docent Antiqui-  
 tatis Romanæ Scriptores, Andr. Dominicus Floccus l. i. de potest. Rom.  
 Pomp. Lat. de Mag. Rom. & alij. Quin nec Germania nostra ab-  
 horret ab istâ Magistratum denominatione. Septem Viros ha-  
 buit hæctenus Augustum Imperium, Lipsia XV Viros adhuc dum  
 veneratur, Argentoratum aliquot dignitatibus à Personarum nu-  
 mero nomen indit, de quibus Historici.) Isti capitales jam cau-  
 sas in civitatum portis cognoscebant, & municipales loci Iudices,  
 V. Josephum in descr. Legum, & Ejusd. Conciliatorem Grotium l. d. Hi  
 deniq; summè arduas & controversas lites dirimebant, & Synedri-  
 αρχοντες η̄ πρεσβύτεροι τῶ λαῶ, γέροντες (uti & Latin. Senatus & Ho-  
 mero γέροντων βελή) Viri Synagoga magna &c (u. nuncupabantur.  
 Multa de his ex Antiquitate Judaicâ dici possent, à quibus tamen  
 prohibemur hic chartarum angustia. Id addendum adhuc pau-  
 cis est, per κεισεν utroq; h. l. Synedrion minus, non triumvirale  
 iudicium, ut volunt Beza & Canin. h. l. intelligi. Namq; homi-  
 cidium externum semper utiq; ap. Judæos capitale fuit. Per σω-  
 εδρον igitur deinceps, magnum illud, quod κατ' ἐξοχην sic dictum,  
 insinuari statuimus. Plura v. de istis cupientem digito quasi in-  
 diceremittimus ad Broch. Calixt. ll. cc. Chamier, (v. Gerb. & Scult. (o  
 ubi insinuat quæ pravis expositionibus Bellarmini, Gregorij de Va-  
 lentiâ, Socini & aliorum Heterodox. examinandis & exanimandis  
 sunt, inveniet egregia.

XII De voce εινη, temerè, sine causâ: varia lectio hic occurrit.  
 Vocem m. eam Hier. hic vult exturbatam. V. Jac. Revium. nott. ad  
 Vall. Comm. h. l. Augustinus à probatis codicibus Græcis, l. i. Retr.  
 c. 19: Corn. à L. l. c. à Codicibus Romanis abfuisse asserunt. Luth.  
 quoq; noster omisit, simpliciter vertens: Wer mit seinem Bruder

¶ V. Quist.  
 h. l. & Broch-  
 m. T. 2. Syst.  
 Tb. Art. 1. de  
 pecc. c. 2. q. 2.  
 l. de idol. c.  
 5. m. 11.  
 ul. 7. de fure  
 G. & N. c. 6.  
 λ in cap. 16.  
 Deut.

¶ V. Ber-  
 tram. de Rep.  
 Ebr. p. 111.  
 sqq.  
 v. T. 3. l. 9. c. 9.  
 §. 2.  
 § T. 3. L. de  
 Ev. c. 13. §. 65.  
 ol. d. c. 20.





π Phil. S. l. 1.  
r. 2. p. r. 1. s. 1.  
m. 3. p. m. 191.  
12.

g Expl. Ev.  
Dom, VI. p.  
Tr.

σ Comm. post  
ad voces N.  
T. Ebr. c. 3.  
τ gloss. marg  
b. l.

υ Prat. l. 1. p. 11  
ϕ Harm. l. c.  
χ de serm. Do.  
in mon.

ψ l. 21. moral.  
c. 5.

ω Expl. Ev.  
Dom. VI. p.  
Tr. alleg.

**Objectio.**

α Canin. &  
Jansen.  
harm. b. l.

β Dilb. l. 2. E.  
c. 20.

idnet. Chemn. Harm. l. c. peric. 3. Verum retinent eandem vocem  
potiora exemplaria, Syrus quoq; Interp. significanter græcisat,  
reddens **רַכָּא** Habent Interpp. quoq; alij, Tractatores vetustio-  
res explicant, ipsa deniq; textus **συνάφεια** requirit, uti pluribus  
demonstrat *Glasius* (π  
XIII. **ρακᾶ**, Raca vel Raka, nou Racha, varias sortitur In-  
terpretationes. Deducunt m. alij (1) è Græciâ à nomine **ρακᾶ**,  
**pannus**, qs. **pannosum** dicas. His favere videtur *Interpres Arabicus*,  
qui **lacerum**, **pannosum**, **mendicum** reddit, observante *Corn. à. L. ad*  
*b. l.* Sed procul omni dubio perperam. (2) à **רַכָּא** *fronderedentibus*.  
(3) à **רַכָּא** *putruit*. (4) à **רַכָּא** *impious*. (5) à **רַכָּא** *mollis*. V. *Selneccerus*. (6)  
Sed sunt hæ etymologiæ prorsus coactæ (6) *Chrysofomi* nota est  
*sent. hom. 16. in Matth.* Syris idem esse hoc, quod: *Tu. sc. per Con-*  
*temptum & indignationem si pornuncies*, uti nos Germani. *odu-*  
*per aposiopelin* quandam. *Quasi ruisse Christus* veteri, addit ad  
hoc etymon *Corn. à. L. Et Drus.* (*scitius inveniam Cornua cervi, quam*  
*si qua ram apud Syros, raca pro tu.* Ita est, pronomen tale non ha-  
bent, sed forte nec sentit hoc *Chrysofomus*, qui hoc saltem velle  
mihi quidem videtur, **τὸ ἐγὼν** ap. Syros eundem contemptus indi-  
gnantis, qui tamen se à convitijs abtineat asperis, habere sensum  
quem aliquando pronomen *Tu*. Sed porro. (7) *Chaldæam* ipsi Pa-  
triam esse *Rob. Steph.* (**τ** vult, notariq; eo *hominem nequam*, *nulle*  
*frugis*, adscribit. Forte *Talmudicæ & Rabbincæ* **רַכָּא** & **רַכָּא**  
respicit, cujus expl. V. ap. *Canin. Tremell. b. l. Drus.* (**υ** *Adi & Chem-*  
*nitium* (**ϕ** (8) *Interjectionem esse*, eamq; indignantis, *fredentis*, *Au-*  
*gustinus* (**χ** *Ebreo cuidam*, *Ipsi Gregorius* (**ψ** *Ruperius & Anshelmus*  
*hic, Marl. l. c. & Stumpf.* (**ω** *acceptum referunt*. (9) *Receptissima est*  
*Hieronymi l. 2. adv. Pelag.* *sententia*, à **רַכָּא** Ebr. deduci, & *vacuum*,  
*vanum* notare: quam etymol. approbat *Hesych.* **ρακᾶ**, **νερός**: *Buxt.*  
*Lex. Ebr. rad* **רַכָּא**, *Psor. Lex. c. Append. p. m. 84. Schindl. Lex. Penta-*  
*gl. p. m. 1720. Franz. in de Interp. Scr. S. orac. 129. Barrad. l. 1. 17. Scult.*  
*l. c. c. 23. Drus. Pisc. Calixt. Corn. à. Lap. Grot. ll. prox. all. & ajunt*, *vocem*  
*esse Convitij levioris & domestici, familiare illic*, V. *Basil. in Ascet.*  
*Sunt, qui excipiant, vacuum cerebro, eundem esse cum stulto.* *Differre*  
*a. b. l. quam maximè debere.* Sed *Rf. variè.* Alij ad *vacui* vocem, sub  
audiunt, *honore vel opibus*: (**α** Alij ad vocem **μωρὸς** confugiunt,  
eamq; exaggerant, aut ex collatione cum Ebræâ voce **נַבְלָה** (**β**: aut  
c.





ex locis N. T. in quibus legitur. (8) Restant adhuc tres vocis isti-  
 us significationes, quas Syris sonare ea traditur à *Georgio Michaëlis*  
*Maronita* (9) Nempe (10) *Testudinem*, animal Syris invisum (11) *Spu-*  
*tum conspuendum* Adhuc sc. Ebraeo קקק & קקק conspuit: quæ de  
 rivatio *Theophylacto* è veteribus; è recentioribus, *Ludov. de Dieu*  
*Crellio* (5) *Chemnitio l. c.* & alijs perplacet. (12) *contemptum*, despe-  
 ctum sordidum hominem, quo sensu accepisse hinc Christum, sibi  
 videri laudatus scriptor addit. In quam nos eamus sententiam  
 dum exponendum, salvo cujusq; meliori iudicio vel auctoritate,  
 octavam valdè probamus explicationem, cum textus gradatim  
 adscendens eam respicere sibi videatur. Inter internam iram  
 & convitia prorumpentia medium designatur. Quadrare igitur  
 huc Germanicum *psui dich an: ô du!* & gemina commoti ani-  
 mi signa exteriora censemus, immò cujusq; hominis *ὀνειδον* & fa-  
 miliare convitiolum illud, quod vel leviter offensus, dum à ma-  
 ledicentiâ vehementiori sese adhuc continet, effutire solet. In-  
 terea non negamus posse eam tamen à radice quadam descende-  
 re, aut cognationem cum aliquâ habere: potius fatemur inge-  
 nuè, eas quæ n. 9. & 11. productæ non usq; adeo dissidentes invi-  
 cem, satis nobis accommodas existimari. Cæterum *Æthiops* a-  
 liquot *eryma* conjungit, dum: *qui dixerit fratri suo, vertit, quod*  
*pauper sit per contemptum, & laceris vestibus, reus erit Concilio. Persicus*  
*& cæteri Interpp. Raka* retinent, *Ægyptius s. Copticus* articulum  
 addit, *cheraka*, observante *Corn. à L. l. c.*

XIV. *רְעֵנָה* loci nomen ex Ebraico *רְעֵנָה* נִיַּי *Vallis Hin-*  
*nom*, sæpe *רְעֵנָה* interseritur, *Vallis filij Hinnom*, imutatione litte-  
 rarum aliquâ, quæ in peregrinarum vocum in aliam linguam  
 transcriptione fieri totâ die asolet, efformatum. Loci locus  
 eminentior quidam erat *Topheth*, tracto à tympanis *erymo*, quos  
 rum strepitu, ne audirentur infantium *Moloch* ibi concrema-  
 torum fletus, adhibebant. De horrendâ in isthâc valle idolola-  
 triâ, qualis fuerit; itemque de ultimo combustionis supplicio,  
 quod ipsum, & sub eo summos exquisitissimosq; infernalium pœ-  
 narum gradus, versus noster intendit, præstolabor aliam dicendi  
 occasionem. Amando interea Lectorem meum ad *Chemnit. Mar-*  
*lor. Barrad. Grotium, Pisc. Drus. Quistorp.* (5) *Flatium*, (7) *Crellium*,  
 (9) *Glnß* (1) *Buxtorf.* (2) *Vossium Patrem* (3) *& Filium* (4) *Selden.* (5) *Bec-*  
*man.* (6) *& alios. Ilac nunc de v. 21 & 22.*

8 Franz. l. all  
 9 in proem.  
 Gram. Syr.  
 5 promt. Bibl  
 in voce RA-  
 CHA

22 prox. cit  
 7 Clav. Sc. S.  
 col. 1128.  
 9 l. c. tit. Ben  
 hinnom.  
 1 Phil. S. l. 4.  
 tr. 3. obs. 19.  
 2 Lex. Eb. rax  
 22. de idol. 81  
 3 nott. ad R.  
 Maim. de id-  
 ol. c. 6. n. 5.  
 4 vin de Dijs  
 Syr. Sync. 1. p.  
 76 & de lu.  
 G. & N. 7. 6.  
 5 Orig. L. L.  
 6 in hac voce







δραχμῶν m. ἑξατον nominans pientissimis servator, minutissi-  
mum numulum, & rigidissimam stricti juris exactiōnem innuit.

XVII. De ἀποστασίῳ repudij libello nunc paucis. Jam m. ter-  
ram è propinquo videmus. Ἀποστασίον propriè & à cunis suis dif-  
cessionem defectionem notat; metonymicè deinceps discesum Con-  
jugis à Conjuge s. divortium: tandem h. l. idem quod βιβλίον ἀπο-  
στασίου, libellum repudij, qui aliàs Deut. XXIV, 1. כִּפּוּר כַּרְתִּי, liber  
rescisionis, Josepho γεγραμμένον ἀπολύσεως. Apud Judæos primùm  
dirimere Conjugij vinculum nisi Viris non licebat, seculis tamen  
extremis mores aviti cum Rep. degenerabant V. Josephum (v Mar-  
cum (ϕ it. Selden (χ Scilicet qui gubernabant eorum provinciam,  
Romani, hos imitabantur. Priscis quidem horum repudium usq;  
ad primum illud Carvilij A. U. 520. vel 523. nullum intercessit, si  
fides est Agellio (ϕ & Val. Max. (ω Sed sequior ætas, peior avità,  
tantò se turpiùs gessit: Apud Romanos & Græcos tam mulier, quàm  
vir potest alter alteri dicere, ut res suas sibi habeat: quin nomina rei il-  
lius propria iure Attico prodita erant, ut si Vir discederet ab uxore, hoc  
diceretur ἀποπομπή; si mulier à Viro ἀπόλειψις, ex Julij Pollucis Onom.  
l. 3. c. 3. auctor est Seld. l. c. Ipse honestatis aliàs Vindex publicæ,  
Cato, hanc se polluit demum turpitudine, Martiam domo ejiciens.  
Arrodit commune hoc vitium Satyricus (α acute: Tres rugæ subeant  
& se cutis arida laxet, Fiant obscuri dentes, oculiq; minores, Collige  
sarcinulas, dicit Libertus, & exi Ocius & c. Ubi Farnab. in nott: For-  
mula à re militari translata ad divortium, cujus formulâ: res tuas ti-  
bi habeto, agito. V. & Eras. Adag. 4. 9. 4. Libelli Judaici expl. habes  
in Grot. & Marl. l. cc. Ego thesin hanc hinc obfigno. Tu cætera  
suppleas velim Lector, ex citt. hinc autoribus. Adde & Drus. (β  
Chemnit. (V. Balduin. (δ Christian Matthiam (ε Brysson. (ς & de pagano.  
rum divortijs Alex. ab Alex. (ζ

XIIX. μη ὁμόσαι, & quæ seqq. varias temerè jurandi formu-  
las tangunt. Sc. per cælum, terram, Hierosolymam, caput suum, & c. ju-  
rare soliti Judæi quotidianà temeritate, quam unde hauserint  
disquirat Scult. l. c. c. 24. Gemina his in usu erant Græcis, de qui-  
bus ad Hom. annotant Interpp. vetustissimos eorum non solitos  
περὶ πετῶς κατὰ τῶν Θεῶν ὁμνύειν, ἀλλὰ κατὰ τῶν περὶ στυγχαρόντων.  
V. Grotij Comm. b, l. Gemina quoq; Romanis, per Romam, per cæ-  
lum, per mare, per terras, per caput suum jurare. V. Ovid. (η & Ulpian.  
(θ Paterer hinc campus amplissimus, dicendi de Josephi & Elisæi

v Ant. Jud.  
XV, II XIIX  
7.  
ϕ X, 12.  
χς. de l. G. &  
N. 7.  
ψl. 4. c. 3.  
ω l. 2. c. 1. § 4.  
α Juv. Sat 6.  
v. 44 & sqq.  
β Prat. l. 1.  
p. 13.  
γ Harm. c. c.  
129.  
δ Cas. Cons. l.  
4. c. 13. cas. 5.  
ε Syst. Th.  
min. L. 36. c. 5  
ς de Form. l.  
8. p. 703.  
ζ l. 4. c. 8.  
η l. 5. Trist.  
θ l. 8.

θ l. si Prætor.  
3. ff. de Jurej.  
§. ult.





obtestationibus; de Judæorum circa juramenta superstitionibus, de Alcorani, Ægyptiorum, Cappadocum &c. dejerationibus, it. de nobili illo *Martialis* loco, l. XI, Epigr. 95: Non credo: jura, verpe, per *An. hialum*: de quibus multa *Grot. Hein. Drus. Marl. Scult. Quist. ll. cc. Chemnit. Harm. c. 51. peric. 3 & LL. Th. par. 2. L. de Lege p. 49. Balduin. Cas. Consc. l. 2. c. 9. Gerh. T. 3. L. de lege §. 116. sq. Schlüsselb. l. c. Walther. Harm. Bibl. §. 186. Ravanell. Bibl. S. tit. juram, Friedlieb. obs. Bibl. ad h. l. Brochm. T. 2. Art. 1. c. 9. q. 1. Brysson. de Form. l. 8. ab init. Farnab. ad Martial. l. c. Alex. ab. Alex. l. 2. c. 10. alij.*

in de Int. Sc.

Spar. 1. p. 78.

x. Comm. ad

Ose. II, 16. 17.

Adisp. 1. ad N.

T. §. 11.

µ. Fonte. La-

tin p. m. 55.

v. l. 8 p. 255.

ξ. Prat. l. 1. p.

17. & Ani-

madu. l. 1. c.

38.

oad Esib. III,

15.

Jovem lapidem jurantes, elegantia velo palliare id gestiunt. Sed retegunt hoc felici opera Theologi *Frantzius* (& *Winckelm.*) (& in questione: An & quomodo nomina deorum gentilium usurpare liceat, Vratislavia olim nobis proposita, qui nunc Hungaria sacrum lumen, Exc. D. Schlegelius, Patronus meus et aeternum devenerandus.

XIX. Ἀντισηναι τῶ πονηρῶ (Triam. adhuc, sed tumultuariè apponam) exponitur tum in casu tertio, & refertur aut ad injuriam aut ad inferentem: tum in casu sexto, & instrumentaliter redditur: tum in casu octavo, & instrumentaliter redditur: tum in casu nono, & instrumentaliter redditur. A postrema interpretatione nos statamus, quæ & arripit h. l. etymon primum: Nos secundum. Nam σιαγόν fit mentione: maxillas a. cedere baculo non solemus. 3. De ἀγγαρίων, angariare, quæ *Corvin.* (µ. habet absurda quidem usq; adeo non sunt: sc. deduci fors & ab angendo posse, cum angaria, veteribus *Zinsstermin* angant Rusticos. Verum *Herodoti* (v. *Grotij, Marl. Chemn. Pisc. Corn. à L. ll. all. Drulij*) (& *Quist.*) (& aliorum auctoritate moveor magis, ut credamè Persiâ ortum duxisse ab Angaris Tabellarijs Regijs, quos hodiè *Postas* dicimus.

XX. Fuissent περὶ τῶ συναδαλίσεων, ἐπηρεάζων, καταλύσαι, βρέχων &c de Scribis, Pharisais, publicanis, & similibus, quæ commentaremur. Sed hic fixus est terminus. Nec messis omnia spicilegio præcipit. Illicet, satis est, acclamant quasi Amplissimi Philosophorum Collegii leges. His parère, mihi libertas.

GLORIA TIBI DOMINE.





DA A 6640

ULB Halle 3  
003 108 309




Sb.


DA 17











70.

CHRISTI OPE!  
AD

# CAPUT V. MATTHÆI Exercitatio Philologica.

QUAM

IN ALMA LEUCOREA

A. D. XI. Dec. A. O. R. c13 13c L.

In Auditorio minori Horis Ante-merid. ventilandam

*placide Eruditionum fistunt disquisitioni,*

PRÆSES

## M. CAROLUS OXLEY

OLSNA-SILESIIUS,

ET RESPONDENS

## JEREMIAS SCHULZ

FRIDEBERGA-SILES.

---

WITTEBERGÆ

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr.

